



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXXVI. Markgraf Woldemar verordnet, daß zu Prenzlau Schafe, welche die Bürger besitzen, außerhalb der Stadt zum Erbe, innerhalb der Stadt zum Radelehn gerechnet werden sollen, am 16. Februar 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XXXVI. Markgraf Woldemar verordnet, daß zu Prenzlau Schafe, welche die Bürger besitzen, außerhalb der Stadt zum Erbe, innerhalb der Stadt zum Radelehn gerechnet werden sollen, am 16. Februar 1315.

Ad memoriam rei geste sempiternam, Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lusatie et de Landsberg Marchio, recognoscimus protestando, Quod nostri ciues ciuitatis Prymzlaw hoc jus pro certo et perpetuo habere debent, Quod oues, quas in villis et in rure extra ciuitatem habuerint, bonum hereditatis aut hereditas esse et debeat nuncupari, et oues, quas in ciuitate habuerint, Radelene hoc quod a vulgo nominatur: Dantes presentem in hujus euidentiam figilli nostri forma communitam. Datum Primzlaw, Anno Domini M^o. CCC^o. XV^o. in Dominica Reminiscere.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXVII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Prenzlau für Kriegsschulden einen Antheil am Uferwalde, am 2. März 1316.

Nouerint uniuersi, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Anno Domini Millefimo Tricentesimo Sextodecimo feria III. post Dominicam Inuocauit proxima, habita racione cum fidelibus nostris Ciuibus Consulibus ciuitatis premslaw presentibus nobilibus uiris Dominis Hermanno de Barboy, Gunthero Comite de Keuernberg, Henrico Decano Ecclesie Steindalienfis, Heinricho et Henningho de Stegelliz, Griefkone, Thiderico de Kerkow, Tzabello de Badello, Bernhardo de Holzendorp, nostris fidelibus militibus, et Conr. Papen aduocato omnibus siquidem hinc inde computatis mansimus predictis Consulibus et ciuibus In quadringentis et quinquaginta Talentis Brandenburgensium Denariorum obligati, uidelicet in Centum Talentis, que perdiderunt in equis in nostris feruitiis prope Woldeke habitis et in centum et quinquaginta Talentis eiusdem monete in equis, quos nobis acquiuerunt, et in ducentis Talentis In quitatione pignorum nostrorum stipendiariorum de Reno. Proinde ipsis assignauimus et per presentes literas assignamus Sexaginta jugera Lignorum in nostro vkerensi nemore pro eorum commodo bene mensurata, quolibet Jugere ad septem Talenta et Decem solidos computato, Gurgitibus et paludibus exclusis, si que sint in Jugeribus ipsis mensuratis, In quibus si defectum paciuntur alias ibidem in Nemore suppleri pro Eorum beneplacito vtique faciemus. Predicta quoque ligna secare debent a Dato presencium vel vendere per sex annos in antea continue computandos. Ad huiusmodi etiam ligna prenotati Ciues vnum tenere debent famulum, qui ea custodiat, illumque tamquam nostrum proprium famulum ne ipsi Ciues in talibus lignis dampna capiant defendere volumus et tueri. Hec quoque ligna vbi terminantur signata debent esse nostris arboribus sectis, que scalbome dicuntur vulgariter, ita quod ipsorum ciuium ligna nostris arboribus sic notatis sint circumdata et distincta. Et si contingat, quod aliquis famulorum predictorum Ciuium Ex negligentia vel alio modo quocumque medio tempore